lam autē et aliarum: secundo vero et egra-
rum: et tertio neutrarum: et post hoc co-
porum. primum quidem sanorum: deinde egrorum: deinde

de et neutrorum: et de signis non eadem rationem.

Ostendit quo ordine ista tria a medico considerantur. et pri-
mo ostendit ordinem istorum quo ad intentionem. 2. quo ad ope-
rationem. ibi 2. (In actionibus vero. (Dicit primo quod me-
dicina secundum intentionem primam est de causis sanis. Iquo ad ite-
ntionem. primum in mente medici est causa: et primo sana: deinde
egra: deinde neutra. (Secundo quo ad intentionem est de cor-
poribus ut per illos dispositionem sciat qua vtrumque est cau-
sa. (Tertio vero de signis ut per illa comprehendat corporis
dispositionem: et iter corpora primo intendit sana: deinde
egra: deinde neutra: et ita de signis. (Ubi nota quod secundum Galenem
in libro sectorum medicinalis scientie. intentio est sanitas. Sa-
nitatem autē immediate attingit medicus per causas: aut facti-
uas: aut conseruatiuas: aut preseruatiuas. sed illud quod est. pri-
us pinquius fini prout intendit ab artifice. ergo cause prout inten-
duntur a medico iter hec tria. corpus aut dispositionem ostendit
derat: ut per illa sciat qualiter operari debeat. 3. signa tan-
quam remotiora sunt vltima in intentione. (Nota secundo quod
licet sanitas sit de intentione medici. prout est artifex operarius
non tamen quocumque: sed prout est operabilis ab eo in conseruari vel
produci. et ideo non prout intendit corpus sanum quod causa: quod in-
tendit operationem sanitatis tanquam suū immediatum finem ad
quem sequitur sanitas ea intentione qua ab eo intendit. ordi-
ne ergo intentionis primo in medicina sunt cause: deinde cor-
pora: deinde signa. (Cause autē sane sunt partes egris: quod
egre non intendunt nisi per remotionem morbi: cum morbi cu-
rentur per earum remotionem: ut ideo sanitas inducatur egro. quod
secundario intenduntur: et neutre. 3. quod minus sunt contrarie.
(Ex his apparet corporum ordo et signorum. Deinde cum dicitur.

Si actionibus vero prius quidem corporum co-
gnitio ex signis manifesta est. post hoc vero et
earum causarum inuentio.

Ponit ordinem quo ad operis executionem. et dicit quod in ope-
re faciēdo a medico post eius scientiam. primo incipimus a con-
sideratione signorum. 2. corporum. 3. causarum. Et ratio: quia
in artibus primum in intentione est vltimum opere et e contra. Ex-
emplum autem huius et precedentis partis est hoc. scilicet. est medi-
cus cuius intentio ut medicus est sanitas ut in conseruari ab
eo vel produci. primum ergo intentum post sanitatem est illud per
quod immediate attingit finem. illud autem sunt cause sane. 2. in
tēdit illud sine quod causas habere non potest tales: et illud est cor-
poris dispositio. nam causa non est sana absolute sed in rela-
tione ad corpus: et que in vna dispositione esset sana: in alia
esset mortalis et egra. (Oportet ergo ex corporis disposi-
tione cognoscere causas esse sanas. et 3. intendit signa per que
corporis dispositionem cognoscat. (Sed cum vadit medica-
tum primo aspicit signa: ut per illa cognoscat dispositionem
corporis. 2. arguit quale est corpus. 3. concludit quas cau-
sas: et quod applicare debet.

Hic plusquam commentator commento. 10. mouet dubium quare cum
Galenem duplicem ordinem posuerit istorum trium consideratorum
in quorum vno cause sunt primum: et in alio signa ipse in traden-
do doctrinam nullo istorum ordinum incedit: imo primo tractat
de corporibus. 2. de signis. et 3. de causis. (Dic respondet et
bene: quia isti duo ordines non sunt ordines docendi: sed inten-
tionis vel operis. In doctrina autem tradenda debemus sequi
ordines docendi: et quia ille est incipere ab illis: sine quorum co-
gnitione reliqua non cognoscuntur. nunc autem cum corpus dis-
catur sanum: aut egrum absolute. cause autem et signa per relati-
onem ad corpora. non possunt sciri cause et signa ut sane
vel egre in genere: nisi per cognitionem corporum. Galenem ergo re-
cte a corporibus fecit doctrinam sue initiū: sed tamen in par-
ticulari et apud sensum post doctrinam demonstrationis acqui-
sitam primum occurrens est signum: et per illud arguimus dis-
positionem corporis: et per illa modum operis. (Sed hic non

Regni

est modus doctrine qui est de vniuersalibus conclusionibus.
Nota vltimus p cam hic nō intelligit omnē cāz: s; cāz effectiuam put est cōmunis ad efficientes producentes: et cōseruantem. Iste enī sunt quarū applicatōe medicus curat: vel quarū remotione: et cōmuniter diuiduntur in causas corporeas et p̄mitiuas siue incorporeas: et corporee diuiduntur in aītes. et cōiūctas. et hec habentur secunda p̄mi. Deinde dicit.

Sed quoniam efficiens et declarans et suscepiuū dupliciter vniūquodq; dicitur hoc qdē simpliciter: hoc vero vt nūc: sciendū est vtroq; scientiāz eē medicinalē. Et ipsū vero simpliciter dupliciter dicitur. hoc quidē vt semper: hoc vero vt multū: et est vtroq; horū etiā sciētia medicinalis.

Ponit distinctionem secundā. et est q; siue causa efficiēs vel cōseruans: siue corpus: siue signū sanū egrū vel neutruū. vniūquodq; horū diuidit in simpliciter tale et vt nūc tale. Nam datur corpus sanū simpliciter: et similiter sanū vt nūc: ita egrū et neutro: et sūt de causa et signo. Subdit secūdo aliā subdiuisionē: et est q; simpliciter tale diuiditur in semper tale: et vt multū tale. et in vtroq; diuisione addit q; vtroq; est sciētia medicinalis. Ubi nota primo p̄mā distinctionē et membra a diuersis diuersimode intelligi. Nam baly. et ipsū sequētes illā intelligūt dīci sanitates simpliciter que sup̄emū gradū fixationis obtinet in latitudine sanitatis et perfectionis respectu oīum: aliarūq; sanitates nō simpliciter dicunt: et ita intelligūt de egritudine et neutralitate. Illud enim dicit in aliquo genere tale simpliciter: qd est tale sine additione distrabente per quā significaretur: vel fm q; vel diminutiuē: vel imperfeete esse tale: et hoc modo sicut simplr sanū respectu oīum sanorū que nō sunt talia simpliciter est: p̄fectius et magis fixū sanū: et cōtra omne tale est sanū simpliciter. ita oēs fixius et p̄cius egrū alio que nō dicunt simpliciter egrū ē egrū simpliciter: et ita de neutro corpore dicamus. Causa autē dicit talis: q; factiua talis vel cōseruatiua: et signum: q; declarās tale aut tale. nā dispositio q̄vnicūq; et vbiq; et fm omnē aliā cōditionē eēt aut egritudo: aut sanitas: aut neutralitas est simplr talis. mō ille que sūt maxie fixe et sup̄emū gradū obtinētes sunt hī. Videm⁹. n. q; causon et febris pestilentialis mortalis: et vlcus pulmonis et cācer: et talia in quocūq; tpe: et cuilibet dicunt egritudines. sūt ergo simplr egritudines. Uolūt scō q; distinctio simplr talis in semper et vt multū nō sit p terminos: vt circūstātiā tēporis iporāt: sed ly semp iporāt gradū maximū p̄fectionis vel cōplemētī in suo genere: et multū importat gradū modicū ab illo recedētē: vt patebit infra in eoz descriptionibus: et p̄cipue simpliciter sanū: vel simplr egrū.

Sed plusq; cōmētator voluit p dispositionē simpliciter tales intelligi dispositionē nālem: et merito nāliū p̄ncipiū nāliter maxie fixū respectu aliarū eiusdē denominationis pparatā ad illud respectu cuius dicit: ita q; corpus nāliter colericū valde merito hui⁹ dispōis est egrū simpliciter. et illa sua colericitas est simplr egritudo: q; inter egritudines merito nāliū p̄ncipiū est maxie fixa respectu illius respectu cui⁹ dicit egritudo. Nota 2⁹ plusq; cōmētatorē hāc sententiā volēdo dixisse p̄mo q; oē illud ē simplr tale: qd est tale sine cōditione diminutiuē: que ē aut alicui⁹ aut nūc: aut hic: et hāc cōditiones in moralib⁹ actibus regit: sicut esse prudētē est bonū. Dicit 2⁹ q; oē qd est vt nūc aliq; accidit esse simplr ad alterū quōlibet illi oppositū et cōtra. ita q; sicut nō p̄cere merces ē simpliciter bonū. accidit tū alicui eē bonū vt nūc: sicut in p̄o-

cella. et cōtra. s; p̄mū istoz nō cōcordat suis dictis in. et de egrō simpliciter. nam vlcus in pulmone causon mortalis et febris pestilentialis sunt dispositiones que in quocūq; inueniātur sunt egritudines: et in quocūq; tempore: et vbiq; ergo essent egritudines simpliciter: cuius oppositū dicit ipse vt infra dicitur. Item secūdu dictū est falsū: quia tales iam dicte sunt egritudines vt nūc: et tamē non accidit illas dīci alicui sanitates simpliciter. ergo aliquid est aliqualē alicui supra ipsū: quod nō dicitur ad alterū simpliciter quomodolibet sibi oppositū. Plusq; cōmētator ergo et si voluerit sententiā sup̄ascriptā: vt infra patebit. ipsam tamē quibuscūq; erroribus implicauit: qui debēt remoueri a volentibus illas defendere: sed hec magis infra. Deinde cū dicit.

Nutrū vero et causa: et signū: et corpus: et quod simpliciter dicitur: et qd vt nūc tripliciter vniūquodq; dicitur hoc quidem eo q; neutro cōtrarioz participet: hoc quidem eo q; vtrūq; cōtrarioz. hoc autē eo q; aliquādo quidem hoc: aliq; quādo illo. Horū vero ipsorū fm duos modos dicitur: aliquando quidem participando vtroq; cōtrarioz equaliter: aliquando vero amplius altero.

Ponit subdiuisionē p̄p̄iā vni trī terminorū positoz in diffinitione loco differentie. et dicit q; siue causā: siue signū siue corpus. vniūquodq; dicit neutz aliquo trī modoz: quorū vnus est q; neutro p̄trarioz participet: alius est q; vtroq; simul participet. tertius est q; participet vtroq; termino. s. sanitate et egritudine: sed nō simul: imo in diuersis tēporibus. Itē q; neutruū i secūdo significato dicto: aut dicit: q; equalr vtroq; cōtrarioz participat: aut q; equalr dūmodo vtroq; participet. igit sup̄lēdū est q; omnium istoz est scia medicine. Nota ergo baly. et plusq; cōmētatorē hic numerasse capitula doctrine diffinitiuē in medicina: sunt enī sanorū capitula. i. z. tria corporū. s. semp vt multū: et vt nūc: et tria causāz cōseruatiua: et tria causāz effectiua: et tria signorū: et similr. i. z. capitula egrorū. Sed neutroz capitula sunt. 4. 8. quia neutruū dicit quatuor modis: ex quo enim significata neutri sunt. 2⁹ diuisa in 2⁹. s. in participans equaliter: et participans inequaliter: et pro quolibet significato sunt in corpore tria capitula erunt. i. z. capitula corporū: neutroz et causāz cōseruatiua rum. i. z. et causāz effectiua. i. z. et signorū postea. i. z. erūt ergo. 4. 8. quibus p̄iūctis cum capitulis sanū et egrū. erūt. 7. 2. generalia capitula.

Secundo solet hic dubitari. vtrū iter sanū et egrū cadat mediū qd sit neutz et breuiter dicemus: q; nomē egritudinis quātuq; pro nūc spectat p̄posito: q̄nq; significat oēs dispositionē corporis humani p̄ternālem ledētē operationes: quādoq; vero sumit strictius a medico: p dispositionē p̄ter nām sensibile operationū lesiua. Sumēdo ergo egritudinē p̄mo modo iter sanitatē et egritudinē nō cadit mediū per abnegationē extremorū. q; s. oēs corpus nec sanū: nec egrū fm aliquā partē vel nām. Sumēdo autē egrū secūdo modo iter sanū et egrū: dat neutruū qd habet dispositio nem p̄ter nām ledētē operationes insensibilr: hoc tamē neutruū et si a medico cōsideret tanq; distinctū: quia medicus est artifex cōsiderās vt op̄erē: nō tamē hoc modo ponit a philosophis mediū: quia sumūt nomē egritudinis large. et hoc vult A. in postp̄dicamētis cum ponit sanū et egrū cōtraria imediata.

*dis. a. Trusi-
mo.*

Tertio solet queri vtrum ex sano possit fieri trāsitus in egruz nō trāsūdo per neutrū: tēdō q̄ dispositiōes bu-
tmani corporis que pēdēt i cōseruari causa p̄mitia nō sint
sanitas nec egritudo: sicut caliditas in fieri a sole vel igne
nō est egritudo nisi cū figē credo dici debere fieri aliquā
do trāsitus de sano in egrū sine trāsitu per neutrū. nāz fiat
caliditas ab igne que anteq̄ figatur sensibiliter ledat ope-
rationes: et postea figat: tunc anteq̄ figat nō est egruz: nec
neutrū: q̄ dispositio ledēs nō ē egritudo vel neutralitas:
et cū facta est fixa est egritudo que ledit sensibilr vt prius
neutrū. ergo erit mediū forme nō trāsīt. **C** Tertio diffi-
cultas ē: q̄ ex quo apud medicū sanitas et egritudo sūt cō-
traria et mediata. videt q̄ ad vtrāq̄ illarū esset per se mo-
tus: cuius oppositū dicit. 7. phycor. cōmēto. 17. et textu ei.
C Vt sunt duo modi respōdendi. vnus est tenēdo q̄ sa-
nitas nō sit qualitates p̄me: sed quedā tēperātia cōsurgēs
ex debita illarū p̄portione: et hoc modo dicet q̄ ista cōtē-
perātia pōt acquiri subito: et nō acquiri successiue. **C** U-
secūdo et melius notādo p̄mo q̄ a rebus que per motū ac-
quirūt corpora habēt diuersas denomiatiōes quasda
absolutas: et quasda respectiuas. nam albedo for. est illa a
qua est albus: et a qua est pulcher: et filis Platonis: et dissilis
Ciceroni. **C** Supponam scō. q̄ cū aliqua denotiatio ac-
quiritur in subiecto p̄ acquisitionē alicui rei a qua alia de-
notatio est p̄us acquiribilis: tūc nō dicimus eē motus p̄ se
ad talē rez sub illa ratione: sub qua scōario: nō p̄mo est per
rem talē denotiabilis: ita q̄ si acgratur albedo que est fū-
tudo: et pulchritudo: q̄ per ipsas p̄us est denotiabile suum
subiectū albū q̄ pulchrū vel fū. ideo nō dicimus acgre-
do albedinē for. per se moueri ad fūitudinē vel pulchritu-
dine. **C** Et hec suppositio p̄ ex Auer. 5. phycor. cōmēto
io. Nā assignādo causas quare forte moto de parte dextra
ad sinistra colūne dicim⁹ vtrūq̄ trāsmutari relatiue per
accidēs. dicit q̄ ambo. f. for. et colūna trāsmutant per acci-
dens: q̄ tam in for. q̄ in colūna trāsmutatio relatiua est
motu alterius: diuersimode tamē. i. colūna. n. q̄ ipsa gēcē
te for. moto. in forte aut: q̄ motū suū ad locū: vel vbi segē
trāsmutatio relatiua diuersa a loci mutatiōe. **C** Suppo-
no tertio. q̄ qualitas q̄ ē sanitas dicit sanitas relatiue. B
patet. 7. phycor. cōmēto allegato. et q̄ absolutū est prius
relatiuo. ideo res que est sanitas est p̄us sub alia rōne de-
nominata q̄ sub esse sano. cū ergo acgrit nō dicimus p̄ se
motū esse ad sanitatē: q̄ res que est sanitas nō est p̄mo sub
rōne sani denotiatiua. **C** Segtur q̄ sana ad aliā per trans-
mutatiōē: et sic dicit q̄ nō est p̄ se mot⁹ ad sanitatē. ois. n.
res q̄ acgritur p̄ quā corpus dicat sanari est p̄us alia deno-
minatiōe corpis denotiatiua. **C** Ad cōmētatiōē aut. 5. phy-
sicor. q̄ inter tria mediata est p̄ se motus. dicit q̄ nō vult
q̄ necessario iter quecūq̄ cōtraria mediata sit p̄ se motus
vñ eodez cōmēto dicit q̄ nō segē q̄ si dixerim⁹ q̄ in illo in
quo nō ē trietas nō est motus. q̄ in illo in quo est trietas ē
motus. nego ergo breuiter p̄iam argumētū. et nego dictuz
esse illud a cōmētatiōe. q̄ necessario iter cōtraria mediata
possit esse per se motus. **C** Sed dicit a q̄busdā qd tūc dici-
mus ad aliqd vel sub aliqua denotiatiōe eē per se motū q̄
necessario facta mutatiōe acgritiua vel depeditiua illi: ne-
cessario variat p̄m illā rōnez denotiatio subiecti: aut in con-
trariā denotiatiōē: aut in magis vel minus tale: et cōtra.
quādo aut denotiatio nō est talis: tūc nō est ad rem sub illa
rōne per se motus: et q̄ rem que est sanitas stat acquiri nō
variata denotiatiōe in eē sani: et stat variari denotiatiōez
nō acgrita vel depedita tali re. ideo nō dicimus ad sanitatē
esse per se motū. **C** Doc tū dictū est sūptū a leuib⁹: et nō ē
verum. tūc. n. nō esset per se motus ad caliditatē qd ē fal-
sum: et patet p̄ia. q̄ stat acquiri denotiatiōē esse calidi nō
variata re que est caliditas: vel per remissionē cōtrary: vt

per maiorationē partis calidioris. **O**pra min⁹ calidā. Deu-
de cum dicit.

VII.



Et aut de toto terminio dubitatio qdā
p̄ locutionē quā et ipsaz oportet de-
terminare. In eo. n. q̄ dicit medicinā
esse sciētā sanor egror et neutror: si-
gnificat quidē et oīz partīz. significat aut et
quarūdā. significatur etiā et qualiū.

Remouet vñ dubitationē quā recte dixit plusq̄ amē-
taror eē rudīū. et vñ dīf in duas. p̄mo mouet. 2. cōtinuat
dicta dicēdis ibi. (Incipiam⁹.) p̄ma in duas. p̄mo mo-
uet. 2. remouet ibi. (Sed oīz quidem.) **C** Dicit p̄mo q̄
circa intellectū totius diffinitiōis est vna dubitatio quaz
oportet remoueri: et ista cū dicit q̄ medicina est scien-
tia sanor egror et neutror. pōt intelligi q̄ sit oīz taliū in
particulari. **C** Scō pōt intelligi q̄ sit quorūdāz trī par-
ticulariū sanor et. **C** Et tertio pōt intelligi q̄ sit scientia
sanor egror et neutror qualiū. i. sub rōnib⁹ vñb⁹ trī. q̄
ritur ergo quō intelligendū sit.

Sed oīz quidē icōprehensibile est et ipossibi-
le: quarūdā vero imperfectū: et nō artificiale.
Qualiū vero et artificiale simul et sufficiēs ad
oēs ptes artis q̄ p̄tineri dicimus in medicine
diffinitione.

Soluit innuendo tres cōclusiones. **C** Prima est. in dif-
finitione medicine posita nō est itelligenduz q̄ medicina
sit sciētia omniū particulariū. p̄. q̄ hoc eē falsum. nā p̄ti-
cularia sunt ifinita: et ideo sub tali rōne sūt icōprehensibilia
C Scōa p̄lo. nō est itelligēdū in dicta diffōne q̄ medici-
na sit scia quorūdā trī sanor: et quorūdā nō. p̄. q̄ B eē i.
artificiale et insciētificū. nā scia de oib⁹ est sub suo genere
scibili cōtēria. **C** Tertia p̄lo. in dicta diffōne itelligimus
q̄ medicina est sciētia sanor et. qualiū. i. sub vñbus: et nō
singularib⁹ rōnibus. p̄bat. q̄ ita itelligēdo medicina ordi-
ne sciētifico et artificiali est de illis: et cū hoc ē sufficiēs isto
modo quo ad sciētia illa cognoscere. **C** Nā tūc de oib⁹
cōtēris sub suo genere erit sub vñ rōne medicina. et iō ad
moduz doctrinalē quē Sal. hic vocat artificiale erit medi-
cina scia illoz. et hoc ē sufficiēs: q̄ p̄ hūc modū oia singula-
ria cognoscunt sub rōne distinctissima: sub qua sciētia po-
test haberi: q̄ sub specifica. **C** Dic nota vñ dicit qualia:
quia importat singulare sub tali rōne: sub quali et aliquid
singulare. **C** Nota 2. per cōclusiones de termino specifi-
co haberi scientiā de omni significato illi⁹ termini: vt sciē-
do hoīez respirare scitur de omni hoīe ipm respirare. et ita
habēdo sciētiam sanor sub rōnibus cōibus de omni sano
sub illa rōne cōtēto habēt sciētia. et hoc videt inuere Ari-
sto. p̄mo posteriōz. c. p̄mo. et c. de cōparatione demōstrati-
onis vñs ad particularē. **C** Tertia nota. Daly. hic repre-
bendere illos qui in medicina determinant de mirabolā-
nis: aut camomilla: aut talibus: q̄ medicina nō est particu-
larium et dicit tractatum Salie. de simplicibus post gntuz
esse pro exemplis dictoz in gntq̄ p̄mis libris: et in rei ve-
ritate cōsideratio sub rōne specialissima non est singularis
imo sciētifica. et Daly. nō bene dixit.

I.



Incipiamus igitur a corporibus.
primus quidez qualia sana et egra
et neutra cōtingat eē existētia. post
hec vero de signis ex causis orati-
onez percurramus.

Dic p̄inuat dicta dicēdis di. incipiam⁹ a corpib⁹ dicēdo q̄
sana: q̄ egra: q̄ neutra postea dicem⁹ de signis et causis. II.

Sanū est aut simpliciter corpus eucra-
ton quidē existens ex generatione in
simplicibus et primis particulis: coe-
quale vero his que ex his componun-
tur organicis.

Dic Sal. exequi spales ponēdo de corporibus determi-
natiōes fm mēbra precedētū diuisionū. et diuidit in tres
partes. pmo ponit diffōnes sanor. 2. egroz. 3. neutroz.
2. ibi. (Egroz vero simplr) 3. ibi. (Quonia aut et neutrū.)
Prima in quattuor. pmo docet qd est sanū simplr. 2. quid
sanū vt nūc. 3. quid sanū semp. 4. qd sanū vt multū. ibi 2.
(Sanū vero.) ibi 3. (Semp tale.) ibi 4. (Ut multū.)
et est tota determinatio positio diffinitionū istoz. **D**icit
ergo pmo qd sanū simplr est corpus ex gnātiōe existēs eu-
craton in pms et simplicibus particulis: et coequale in or-
ganicis que cōponunt ex illis. Ubi nota pmo qd eucraton
dicit ab eu qd est bonū et crasis qd est cōplexio quasi bene
cōplexionatur: et quia cōplexio debet pmo mēbris simpli-
cibus: et per illos cōplexiones dicit mēbrū cōpositū
cōplexionatū. Ideo dicit in pms et simplicibz particulis.
Nota 2. qd bene cōplexionatū dicit habens bonas cō-
plexiones. Cōplexio autē dicit bona: qd bene pportiona-
ta in virtutibus. 4. qualitātū pmarum sicut oportet: vt sit
mēbris debitū istrumētū ad operatiōes perficiendas: et
ista vocat equalis ad iustitiaz per similitudinē. nā sicut in
distributina iustitia distribuit bonor et utilitas cuilibet sz
dignitatz. ita in faciēdo istaz cōplexionē nā distribuit vir-
tutes pmarū qualitātū mēbris fm qd illis est dignū: et pue-
niens pro suis operatiōibus. **N**ota tertio. qd hec cōple-
xio est duplex. vna est qualitas simplex in se cōsurgens ex
actione et passione pmarū qualitātū in elementis reperta-
rum: quoz partes ad tantā paruitatē redactę sunt: vt plu-
rimū vnius cōtingat plurimū alteri. et ista est qualitas se-
cunda: et vocatur virtualis: qd ista calefacit: ifrigidat et hu-
mectat: et excitat sicut faciūt plures pme qualitates: et hoc
est pncipale istrumētū anime ad operatiōes perficiē-
das: et hoc est preparatiō materiaz ad formas mixtoz: et
cōmuniter dicit duas tales in eodez simplici mixto perfe-
cto ad minus reperiri vna que est media inter caliditatē
et frigiditatē: alia que est media inter humiditatem et siccitatem.
Secūda est cōplexio que nō est nisi aggregatū
qualitatz pmarū repertarū in mixto: et hec vocat actua-
lis cōplexio que nō est vna qualitas: et hoc scdo modo se-
pe loquuntur doctores. Ad ppositū vtrāqz istarū oportet
esse temperatā ad iustitiā ad hoc vt dicatur bona. et sanū
simplr debet in pms et simplicibus particulis esse eucra-
ton quo ad ambas. reliqua que de cōplexiōibus dicen-
da sunt require pma pmi. c. de cōplexiōibus: in quo dixi-
mus copiose. **U**lterius nota qd simplices et pme parti-
cule dicunt mēbra nostri corporis quoz quācūqz partem
sensibilē acceperis: erit cōmunicātiō toti in nomine et diffi-
nitiōe: sicut caro: os: neruū: cartilago: vena: pāniculi: et c.
sunt simplices: nō qd nō componant ex elementis: sed quia
nō cōponunt ex alijs mēbris ad sensum saltem. **C**irca
hunc terminū coequale nota. qd coequalitas attenditur i
organicis et simplicibus: nō fm qd simplicia: sed fm qd or-
ganica vel organicor partes. Dicunt aut organica mēbra
qd facta ex mēbris fm sensuz diuersarū rationū p opera-
tione anime perficiēda: vt oculus: nasus: manū: caput: pes:
et similia. in istis enim requirit debita compositio quo ad
quātitates: numerū: sitū: et plasma. et per plasma intelligi-
mus figurā superficiem: vias et receptaculū. Nā per de-
bitā dispōnēz in istis naturis mēbrū est debitū instrū-
mētū ad operatiōes perficiendas. **N**ota secūdo qd vltra cō-
plexionem et compositiōem est alia natura requisita: que

est vnitas vel solutio debita que est cōmunis organicis et
simplicibus: quā voluit nos intelligere ex alijs. **C**irca il-
lum terminū ex generatione nota pmo qd nō debemus in-
telligere per ipsū hic tale cōtractū ex pncipijs generati-
onis. nam aliquod corpus sanū simplr est factū ex tem-
pore: vt patet de colerico reducto ad temperamētū qd fa-
ctum est sanū simpliciter: sz nō fuerit illa sanitas in pnci-
pio generatiōis cōtracta. patet etiā per aliud: qd colericus
a pncipio generatiōis cōtrahit illaz sanitates: et tamē non
dicitur fm eam sanū simpliciter: sed vt nūc. **N**ota secū-
do qd nō dicitur etiā dispositio a generatiōe talis: qd ma-
iori parti temporis vel toto talis duratura. nam tūc fleg-
maticus qui duraturus est flegmaticus per totaz etatē vi-
ceretur. sanus simpliciter: quod nō est verū. **N**ota ter-
tio. qd eius expositio posita est aliter a plūsqz cōmētatoz:
aliter a Gentili et sequentibus. Scdm ergo primā viam id
dicitur aliqua dispositio talis ex generatiōe: quia talis in
latitudine sue denominatiōis naturaliter maxime fixa re-
spectu eius: respectu cuius talis denominat. Et dicitur na-
turaliter maxime fixa in latitudine denominatiōis: non
simpliciter sed respectu omniūz eiusdem denominatiōis:
que non sunt simpliciter talia. Qd vt intelligatur attēde
qd plūsqz cōmētatoz voluit corpora que sunt valde coleri-
ca: aut alterius cōplexiōis lapsē naturaliter esse egra sim-
pliciter: et illa que sunt egra dispositionibus preter naturā
sicut ydropica: et ptisica dici egra nunc. modo si dicitur qd
per illuz terminū ex generatiōe intelliget maxime fi-
xe absolute: quia ptisicus et ydropicus est minus ab illa di-
spōitione permutabilis qz colericus a sua. ideo tales dice-
rentur egi simpliciter. nō potuit ergo dicere hanc dictiō-
nem significare idem qd in latitudine sue denotiōis ma-
xime fixum: sed quia vidit qd iuxta ipsūz egritudines que
dicunt tales simpliciter in hoc differunt ab illis que dicū-
tur tales vt nūc: qd sunt naturales: et iste vt nūc sūt accide-
ntes et violentes: ideo dixit illum terminū qui ponit in dif-
finitione cuiuslibet talis simpliciter siue sani siue egi im-
portare idem qd nāliter in latitudine sue denotiōis ma-
xime fixū. in hoc enīz cōueniūt egritudo simplr: et sanitas
simpliciter: et neutralitas simpliciter. **U**lterius quia vi-
dit egritudines simpliciter: que fm ipsūz est sanitas valde
lapsa esse diuisas in semp tales: et tales vt multū: et quia vo-
luit qd egritudo semp est peior qz egritudo vt multū. ideo
egritudo semp est deterior sanitas: et per cōsequēs minus
fixa nāliter apparuit graue. qd rō talis simpliciter debet
magis dici de tali semper qz de tali vt multū. et ideo dicit
qd nō oportet tale simpliciter esse maxime fixū naturaliter
in latitudine sue denominatiōis absolute: sed respec-
tu transmutatiōis in illud: respectu cuius dicitur talis.
nam sanitas valde remissa dicitur egritudo simpliciter re-
spectu sanitatis simpliciter: et quia quo ad transmutari in
illā minor sanitas est magis resistens. ideo remississimum
gradū sanitatis. nunc dicit ad bonūz sensuz egritudinem
simpliciter semper. **E**t in summa colligit qd hic terminus
ex generatiōe significat: vt predicatur. f. naturalr maxie
fixū inter alia sue denominatiōis non simpliciter talia: et
comparatiōe ad illud respectu cuius dicitur hec dispo-
sitiō talis. Causaz vero quare dicat sana nunc egra simpli-
citer et peius sana egra semp videbimus in caplo de egro
concedente deo.

Reliqui vero. f. gentilis et sequētes cum non volunt ali-
quā sanitatem esse egritudines. et ideo dicunt qd sicut sani-
tas simpliciter ē optima sanitas: ita egritudo simpliciter
est pessima egritudo: et ideo tale ex generatiōe intelligit
intēssime tale respectu illorūz que nō sunt talia ex gene-
ratione: et merito huius maxime fixe tale: et facili loquū-
tur si ita apparenter mentē Sal. saluarent. **U**lterius

D. a. Tru.

nota qd sanitas simplr et temperatū de quo loquitur hic Gal. non est solum temperatū in secūdo modo equalitatis. nā tunc non esset nisi in instanti. Et Gal. videtur ponere temperatum puerum: et temperatum iuuenem: non intelligit ergo fm aliquem octo modorum equalitatis Avicēne: s; omne sanum semper sit temperatū vel equale in modo pmo equalitatis: sed non ideo dicitur hoc sanum semper: sed intelligitur illud quod habet valde bonam sanitatem in quacūq; etate respectu aliorum eiusdem etatis: ita qd etiam in diffinitione intelligatur hec paritas in etate: et in hoc iudicio meo: et in multis alijs suis dictis in expositione istius capli plus qd Lōmētator errat: et pcessit ambiguus. Sed ista infra videbunt. Deinde dicit.

C Sanum vero vt nunc est corpus quod scōz presens tēpus est sanū: est autem et hoc quod scōm tēpus sanū est corpus eucraton et coequale: non scōm optimā eucratiam et coequalitatem: sed scōm ppriam ipsius sani corporis essentiam: vel scōm ppriam ipsius sani corporis qualitatem.

C Describit sanum vt nūc remouēdo vnam dubitationē et dicit pmo: qd sanū vt nūc est illud qd est sanum fm presens tēpus. Dicit secūdo remouēdo dubitationē qd tale corpus in illo tēpore in quo est sanum est eucraton: id est bene complexionatū et coequale: id est bene compositū. sed nō est fm optimā eucratiam: id est bonā complexionē nec fm optimā coequalitatem: sed fm ppriā consistentiam ipsius sani corporis. **C** Nota ergo pmo: qd cū in hac descriptione dicimus sanum vt nūc est et c. non intelligimus qd sit sanū vt nūc omne in p̄senti tēpore sanū: qd tūc sanū semper esset sanū vt nūc qd est falsū: nec intelligim⁹ qd sit sanum sanitate acquisita ex tēpore. Primo quia ex tēpore pōt acquiri sanitas simplr: vt supra dictum est. Secundo quia aliqua sanitas nūc est cōtracta a principio generationis. **C** Nota secūdo: qd fm viam sequentium plus qd cōmētator ē: ideo dī aliqua sanitas fm presens tēpus sanitas: quia est nō fixa naturalr respectu aliarum sanitatum que non sunt tales vt nūc: ac si ipsa esset solum modico tēpore duratura: ita qd ille terminus fm presens tēpus importat remissionem naturalis fixationis per quandā similitudinem. **C** Secūdū vō viam hētilis sensus est qd sanū vt nūc est remisse sanū: ac si solū esset fm p̄senti tēpore tūc duratur: et sic apud eum illud dictum significat absolute remissionem sanitatis et fixationis: siue naturalis: siue non: et sic eadem est sanitas nūc apud ambo: sed non eadem ratione dicitur talis vt nūc. **C** Nota tertio qd talia sana fm vtrāq; viam sunt remisse sana: et omnia que non sunt sana simplr: sicut verbi gratia. colerica valde et flegmatica melācolica et sanguinea: et alia lapsa fm alias naturas, sed naturalr. ista ergo sunt bene complexionata et compositionata: quia eorū complexio et compositio est vtrūq; naturalis: et instrumentum anime ad perficiendas operationes: sed nō est optima: et ideo non dicitur tale simpliciter. sed est sanitas illa fm sanū modū propriū equalitatis que etiā equalitas videt mibi posita pma primi. **C** Sed diceret aliquis: vtrum cecus a natiuitate. s. puatus oculis sit sanus nūc: et videt qd sic: quia potest in solitas operationes: et hoc etiam concedit plus qd Lōmētator. sed tamen videtur qd non: quia cecitas non est sanitas. nā cum omni sanitati opponatur egritudo: querēdum est que illi opponitur. et patet qd nulla: nisi illuminatio: que tamen non egritudo. **C** Dicit ergo qd non est sanum: sed egrum et impletum preternaturaliter in debitis operationibus. Et plus qd Lōmētator non bene dicit: ponēdo omnem malā

dispositionem nominatam esse egritudinem simpliciter. et non vt nūc. et ideo sequētes cum in alijs in hoc sibi contradicunt. nā possibile est nasci egrum vt nūc. **C** Et ex his et supra determinatis potes colligere: qd nō omne simpliciter sanum: est sanum sanitate tali contracta a principio generationis: sed aliquod est factū simpliciter sanū ex tempore. Secūdo colligim⁹ qd non omne sanū fm presens tempus est sanum: vt nūc. **C** Sed ista dicta Gal. intelligenda sunt modo exposito nunc et in parte precedente huius capituli et c.

C Sep tale ē maxie eucraton: et maxie coequale.

C Nūc notificat sanū semp dicēs qd sanū semper est illud quod est maxie eucraton. id est complexionatum: et maxie coequale: id est optime compositum: et ex hoc datur intelligi qd semper sanum est optime sanum non absolute: sed aliorum paritate posita. puta in etate et c. nā senex morti ppinquus semper sanus nō est optime sanus: cōparatus etiā iuueni melācolico naturaliter. **C** Pz secūdo Gal. per istos terminos semper nunc ex generatione non intellexisse circūstantias tēporis: sed modū fixationis et intensificationis. Nam si circūstantiā tēporis intellexisset in huiusmodi expositione: dixisset semper tale: scilicet qd in omni tempore: sed nō dixit: sed dixit maxie: modo quia aliqd potest ex tēpore fieri maxie eucraton: vt cū sanū multū sit sanissimū per reductiones: sequim⁹ qd aliqd pōt esse sanū semp: factū tū tale ex tpe: et qd omne tale semp est tale simplr: sequim⁹ qd tale simplr est ex tpe: et qd factum tale ex tpe nō est sicut significatū sani simplr. Sed vere ipm.

C Nota vltimus hic: qd sanū semp nō est tū illud qd est optime sanū et tpatū in 2^o mō equalitatis. Nā sanū semp aliqd est in senectute: sed dī vt statim exposui: et vtpuro cū quadā latitudine. **C** Ex quo pz qd aliqd esse optime sanū itelligit duplici a doctorib⁹. vno mō absolute: qd nullū possit ēē sanū: vt tpatū de 2^o mō equalitatis alio mō: qd sit optime sanū respectu aliorū eiusdē etatis: et isto mō dī sanum semp maxie sanū: et maxie eucraton et c. **C** Qd si qrat vtz sanū semp sit i latitudine sanitatis: credo qd sic nec est imaginādū latitudinē sanitatis: de qd infra loqē Gal. terminari excludiue. nā nō est vniformiter difformis: imo imaginat tota in vna: cui ptes itēsiue imagiate distāt ab invicē gradualr: et sūm⁹ gradus est ei⁹ clusiuus terminus.

Sed cōtra dicta vtrūq; nullū possit ēē sanū semp factū ex tpe: qd sit sanū p factū sanū sep qd p̄us erat lapsus a sano semp: et sit in adolescentia. Et capio plonē qd nūc sit sanū semp i eodē gradu etatis: et cōtinue p̄us fuerit semp sanū: et rect⁹ optio regimie fuerit p̄tine: vterq; illoz vn⁹ reductiuo. vt for. plato cōfuarituo vt oz: tūc segit qd in p̄senti istāti plato est sanior for. qd nō est fact⁹ optie sanū. argumētū pz. pbo assumptū: qd plato cōtinue an b̄ habuit humidū meli⁹ p opatōib⁹: et cōtinue ēē restaurauit meli⁹ p opatōib⁹. qd totū cōpositū adhuc ē meli⁹ p opōnib⁹. itz p̄na et assumptū pz: qd plato fuit p̄tine semp sanū: et for. nō: cū b̄ plus pcessit in etate vsus iuuentutē. qd p̄tine habuit hūidū p opōnib⁹ meli⁹. pz p̄na: qd si fuisset eiusdē cū forte ex casu plato habuisset meliores opōnes: s; mō plato p̄tine habuit meliores qd tūc habuisset: qd cōtinue habuit meliores: maior est clara: qd plato p̄tine fuit sanior for. posita qd pita te erat meliores habuisset opōnes: et mior pz: qd pcedēdo vsus iuuentutē p̄tine opōnes fuit meliores aliqz pib⁹ cū iuuenis pfectiores bēat opōnes. **C** Et p idē argumētū: qd cōtinue restaurauit meli⁹: qd si fuisset in eodē gradu etatis melius restaurasset plato p opōnib⁹ cū fuerit sanū semp p̄tine: s; nūc p qdlibz istāti pfo meli⁹ restaurauit p opōnib⁹. qd pz minor: qd humidū p̄tine vsq; ad iuuentutē posita paritate in sanitate restaurat meli⁹ p opatōib⁹. Doc argumētum gratia breuitatis non soluo.

D. a. Tru.

Latitudinem
sanitatis nō
terminari ex
clusiue.

CSecundo dubitat qd oēs hoies: si debent discurrere per oēs etates cadūt in egritudine vt pueri in emissionē dentium cadūt in solutionē cōtinuitatis gingivarū: et inde dolent: nō ergo videt possibile qd aliquis remaneat optime sanus a principio vsq ad senectutē. **C**Item mulier quātū cūq̄ sana nō est sana semp: qz incurrit in partu dolores et sensibiles opationū lesiones: ista infra videbunt omnia. **C**Sed pro nūc dicitur qd puer est sanus semp: et cum emittit dentes est sanissimus respectu sibi equalium in etate: qd si alius nō emittēs eo tēpore fuerit ille deficit in generatione dentium que est maior lesio q̄ illa cōtinuitatis solutio. Et sic concedit aliqd esse sanum simplr semp: qd parit egritudinem: vel secūdo dicit salutionē illam gingivarū nō esse egritudinem in optime sano: neq fieri dolorem in eo: sed quādam leuem tediosam sensationē que stat cum optima sanitate illius etatis: sicut fames in qua libet etate. Et ita pōt de muliere dici: vel secūdo qd nulla est sana semp: qz posset aliqua esse sana optime respectu mulierū aliarū. **C**Ultimo attende: si alcubi iueniatur ab auctorib⁹ qd nullū corpus habet omnes optimas operationes. vt in 3^o buius dicit Galie. vel qd nullum est optime sanum: nisi ad sensum: vel qd optima sanitas nō inuenit per tempus: vt pmo de regimie sanitatis. Omnia ista et similia itelligi debēt non de sano semp modo describit: sed de sano. i. equali i secūdo modo equalitatis qd si iue nif nō durat tale per tēpus. deinde dicit.

CEt multum pō ab optima compositione derelictum est: nō multū tamen.

Cponit descriptionē sani vt multū dices: qd ipsū est derelictum ab optima cōpositione idest sanitate: nō tamen multū. **C**Ubi nota qd per optimā sanitatē: aliquādo intelligimus large sanitatē simplr oēm. Et isto modo sanū vt multū nō est derelictū ab optima sanitate: imo est optime sanū. **C**Secūdo modo per optimā sanitatē intelligimus sanitatē semp: et illo modo sanū multū est derelictū: idest remotū ab optima sanitate in eadē etate: qz nō multū: qz nō trā qn mereat dici simplr sanum. Erit ergo illa cōpleta descriptio: sanū vt multū est sanū simplr recedens aliquātus a perfectione sani semp in eadē etate possit: non tamē multū. Et tūc per hoc differt a neutro nūc facto tali ex sano semp: et a neutro simplr: quia nullū istorū est sanū simplr: a neutro vō simplr etiā alio modo: qz neutrum simplr distat ab optime sano sumēdo optime sanū pro sano simplr: et a neutro: nūc qz illud preternaturaliter distat. **C**Ex qbus etiā p3 quomodo differt a sano vt nūc.

CUtrūq̄ aut corpus sanū semp in cōplexione in extremo remissiori sanitatis semp: et in cōpositione sanum semp in optimo gradu eius per oēm complexionē lapsum quātū cūq̄ parū naturalē fieret sanū vt multū. Et vtrum tūc esset pfectius sanū q̄ sanū semp fm cōplexionē et cōpositionē in extremo remissiori sanitatis semp videbit in capitulo de neutro. **C**Pro nūc tamē dicit qd fieret per illū lapsum sanū vt multū: qd nullo sano semp esset sanius alijs paribus. Sed tū tale corpus sanū semp in cōplexione in extremo remissiori: et in cōpositōe eodē mō sanū nō o3 ē sanū semp: si isti lapsus disproportionarent. III.

Sanus vero corpus simpliciter est qd ex generatione est: aut distemperatum in his que similes habent partes: aut nō coeqlē i organis: aut in vtriusq̄ sit.

CPositis diffinitionib⁹ sani ponit diffinitiones egrorū. Et vidit pars ista in quatuor. Primo ponit et diffinit egrum simplr. Secūdo egrū vt nūc. Tercio egrū semp. Quarto egrū multū. secūda ibi. (Egrū vō) tertia ibi. (Et semp)

4^a ibi (Ut multū). Dicit pmo qd egrū simplr: est corpus qd ex generatione est distemperatū in simplicib⁹ et pmo partibus: aut ex generatione in organis sequeles: aut simul in vtriusq̄. **C**Ubi nota qd fm viā gētilis et sequētiū: egrum simplr est pessime egrū: et qz iuxta eos nullū dicit egrum quoquo modo acceptū: nisi p dispositionē pter nāz. vt p3 per diffinitiones egritudinis positas ab auctorib⁹: ideo nullum egrū est sanū: et eodra. sicut ergo sanū simplr dicit illud qd supremū gradū sanitatis obtinet in sua latitudine respectu aliorū que nō sunt sana simplr: ita egrū simplr dicitur illud qd supremū gradū obtinet in latitudine egritudinis. et per cōsequēs pessime egrū. **C**Nota ergo qd hoc cōplexū ex generatione significat modū ibereitē vel itēfionis: et nō circūstātiā tēporalē vel causalem. Et ideo sensus diffinitionis est qd egrū simplr est corpus distemperatū in partibus cōsimilib⁹ ex generatione. i. valde itēf et fixe respectu oīus egritudinū que nō sunt tales simplr: aut in equale etiā multū itēf pternaturaliter in mēbris organis. **C**Nota 2^a: iuxta eadē viā: qz ad esse sanū regnat sanitas in cōplexione et cōpositione simul: ad esse egrū nō requirit lapsus in vtrāq̄ natura: sed sufficit in vna. nā sanū est sicut perfectū: et nō recipit denotationē: nisi per cōplemētū. Egritudo aut iporat defectū que pōt esse quacūq̄ partū deficiētē. **C**Nota 3^a: potētiore esse egritudines ad denominādū egrū qz sit sanitas ad denominādū sanū. nā capto corpore cuius vna medietas esset sana: et alia multū egra: illud absolute diceret egrū: quia sensibilib⁹ lesū: et nō diceret sanū. tamē magis egrū dicit alijs parib⁹ cum in vtrāq̄ natura fuerit lapsus. **C**Sed fm positio nēz plusq̄ cōmētatoris notādū est qd sanū. quedāz sūt sana simplr: quedā sana nūc. Sanū nūc quedā sūt insensibilib⁹ lesa respectu totius latitudinis sani simplr: et illa dicunt neutra simplr. Quedā vō sūt lesa sensibilib⁹ respectu sani simplr: et ista dicunt egra simplr. Sicut verbi grā. colericus distat quo ad operationū pfectionē sensibilib⁹ a sano simplr est corpus egrū simplr. **C**Ex quo patet qd nō dicit egrū simplr: qz pessime egrū: qz egrū egritudine fixa naturalr: idest tanq̄ instrumentū naturale aic. **C**Ex quo p3 qd apud ipsū per egrū simplr itelligere debemus corpus distemperatū in mēbris similiū partū ex generatione: idest fixe naturalr: aut iequale cū eisdē additionib⁹. si fixe et nāl: et hoc significat per illū terminū ex generatione.

CNota tū secūdo qd quia eadem dispositio est egritudo simplr: et sanitas nūc valde remissa: et oīs talis sanitas est modicū fixa: ideo videt qd egritudo simplr esset modicum fixa: ppter hoc ergo dicit: vt supra declarauit qd egritudo simplr est fixa nō absolute: sed cōparatione permutationis ad illud: respectu cuius dicit egritudo. Nam qz dicit egritudo respectu optime sanitatis: vt supra dictū est fm hāc viā: et ad illā difficile permutari pōt. ideo respectu permutationis illa dicit fixa: et qd dicit sanitas respectu egritudinis nūc in quā facile pōt permutari. ideo dicit labilis et modicū fixa sanitas. **C**Ex quo apper hāc dispositionē cōparatāz diuersis dici naturalr fixā multū et modicū fixam. Cōplet ergo intellect⁹ descriptio fm hāc viā est. corpus egrū simplr est corpus naturalr maxime fixe distemperatum in mēbris simplicib⁹ cōparatione permutationis ad illud: respectu cuius dicit egrum: aut naturalr maxime fixe iequale in organis respectu eius et. **C**Notā vltimo hic Daly. itelligere per corpus egrū corp⁹ egroratiū. laprū egrorare. de quo dixit Galie. nihil supra dixisse in diuisione corporū: sed nūc meminisse illius et statiz eius posuisse diffinitionem: qd videt absurdū dicere: sed nō curo istare. **C**Sed illud qd i veteri trāslatione habet egroratiū iporat iuxta viā Trulliani corpus sanū vt nūc valde paratur cadere in egritudinē: qd est vere egrū simplr: iuxta

viam patationis importat egrum: quod est aptum merito egritudinis quam habet permanere egrum: sicut ydropicus dicitur egrotatiuus. Et hoc modo sumendo egrotatiuus est egrus simpliciter: sed sana lapsa sunt egrotatiua. primo modo: non secundo. ut autem clarius intelligatur ytriusque positionis intentio: ponam in imagine figuram latitudinis sanitatis et egritudinis secundum ytriusque viam quam in fine huius primi libri reperies. III.

Ergo non ut nunc est corpus egrotans in tempore in quo dicitur tale existens. Manifestum est autem quod et hoc quod secundum tempus dicitur esse egrus aut distemperatus est in filis humoribus preter:

aut inaequale in organicis: aut in ytriusque.

Determinat de egro ut nunc ponendo suam descriptionem. secundo remouendo dubium. **S**ed dicitur primo: quod corpus egrum ut nunc est corpus egrotans existens tale in tempore in quo dicitur. **D**icitur secundo quod manifestum est tale corpus in tempore in quo dicitur egrum: aut esse distemperatum in membris habetibus similes partes: aut inaequale in organicis: aut in ytriusque filis. **U**bi nota primo quod iste locus diuersimode exponitur a pluribus commentatoribus: et a Gentili. dicit enim plus quam commentator. quod oportet corpus egrum egritudine que sit dispositio preter naturam est egrum ut nunc. et contra: et volendo in hoc viam eius sequi. non tamen restringendo ad multa eius dicta que videntur non ex toto clara isto modo intelligemus diffinitionem. Egrum ut nunc est corpus egrotans. id est preternaturaliter sensibiliter lesum existens tale in tempore in quo dicitur: id est existens tale non fixe naturaliter respectu aliarum egritudinum que non sunt tales ut nunc. et ista descriptio conuenit omni egro preternaturaliter. **N**ota 2^a iuxta ipsam: quod si sanitas simpliciter sit perfectior sanitas ut nunc: ergo tamen non ita contingit quod egritudo simpliciter sit maior et peior egritudine nunc. nam egritudo nunc est pessima egritudo: cum ipsam corpora producant ad mortem: vix est tamen quod malignitate egritudinis simpliciter contingit mori: ideo ille egritudo simpliciter: ut nunc non isto modo comparatur quod vix egritudo sit peior egritudine nunc: aut contra. sed stat aliquod egrus simpliciter aliquo egro nunc esse peius: sicut colericus in extremo. leuiter effimerate temperato est peius dispositus: et ita contra. sicut ethicus tertie speciei est peius dispositus colerico. **N**ota tertio secundum ipsum quod ybicus Galienus in hoc libro dixit egrotans intellexit preternaturaliter egrotans. **N**ota 4^a: quod quia Galienus hic non dixit in egro ut nunc quod non est secundum pessimam discessionem: sicut dixit in sano nunc quod non est secundum eucrasiam. ideo datur nobis intelligi Galienum non voluisse egrum nunc et simpliciter distare secundum plus vel minus: sed secundum esse secundum naturam: aut preter naturam. **N**ota 5^a: quod hec egritudo ut nunc que est ethica tertie speciei: si sit fixa: non tamen dici debet egritudo simpliciter: quia non est naturaliter fixa: sed violenta: et sic de simplicibus. **N**ota ultimo. quod si ipse dicat natum cecus et leprosum esse egrum simpliciter secundum dicta superiora de naturali: et preter naturam hoc non esse tenendum. Nam non est verum quod vlcera et defectus sint a natura intenti: vel instrumenta virtutis: sed impeditiua. **C**omplexio vero colerica et sanguinea: et alie aliquando virtutis instrumenta sunt et a natura intenti: multa etiam ab eo circa hanc partem dicta. ut quod sanum simpliciter: aliquando est egrum nunc et similia sunt contra mentem Galieni. nam primo de accidenti cum aliquis non potest sine manifesta lesione in operationes conuertere non est sanus. ergo cum corpus sanum simpliciter deueniet ad hoc ut ledaatur sensibiliter: ita ut sit egrum ut nunc non erit sanum: nec est verum quod sanum dicatur ab aptitudine cum expresse Galienus loco allegato velit quod quilibet dicatur se sanus cum in solitas preter aliquod impedimentum potest operari: quod non potest ille qui fuit sanus simpliciter: et nunc febricit.

Sed via Gentilis est. quod sicut sanum: ut nunc est remisse sanum respectu sani simpliciter: ita egrum ut nunc est remisse egrum respectu egrum simpliciter: et quod nullus sanus est egrum. Et intelligit consequenter hanc descriptionem hoc modo. Egrum ut nunc est corpus existens egrotans in tempore in quo dicitur: id est ita remisse: ac si non est futurum egrotans: nisi modico tempore. Et sic illud dictum in tempore in quo dicitur. est nota remissio nis: et non sumitur pro nota temporis: sicut supra dicitur de sano ut nunc: et hec via non habet difficultatem quo ad hunc locum: sed in vna questione dicam. **N**ota secundo. quod non requiritur ad hoc ut aliquid dicatur egrum ut nunc: ipsum secundum omnes partes esse egrum: sed sufficit esse egrum secundum partes: quarum lesio impedit sensibilibus eorum conuersionem. **D**einde cum dicitur.

Et semper quod egrus est quodcumque ex generatione: aut distemperatum satis existens in simplicibus partibus: aut in omnibus: aut in quibusdam: aut in quibusdam dominatibus: aut et inaequale in organicis. Similiter vero et his aut omnibus: aut quibusdam: aut maxime dominantibus: aut etiam inaequale organicis.

Determinat de egro semper. Et dicitur quod egrum semper est illud quod est ex generatione satis: id est in extremo: et maxime naturaliter fixe in relatione ad illud ad quod dicitur egrum secundum plus quam commentatorum: aut satis: id est maxime in primis et simplicibus particulis: aut omnibus: aut quibusdam: aut pro et maxime dominantibus. Et similiter ex generatione satis inaequale in membris organicis: aut omnibus: aut quibusdam: aut pro et maxime dominantibus: aut distemperatum et inaequale simul. **N**ota secundum plus quam commentatorum: quod latitudo egritudinis simpliciter que est pars sanitas nunc diuiditur in duas partes: quarum prima est terminata ad non gradum sanitatis: alia vero est terminata ad neutralitatem: et illa que terminatur ad non gradum est latitudo egritudinis simpliciter semper. nam ista inter egritudines simpliciter est maxime naturaliter fixa respectu optime sanitatis et quilibet que in ista latitudine continetur respectu aliarum non continetur in ea: igitur ergo egritudo simpliciter que est minus mala sanitas sit absolute magis fixa: tamen non est magis fixa respectu optime sani. **S**ecundum vero Gentilem omnis egritudo maxime mala et merito sue malicie: maxime fixa dicitur egritudo simpliciter: et cum est talis in omnibus membris egritudo totum dicitur egrus semper. Et similiter si sit in quibusdam maxime dominantibus. Maxime vero dominantia de simplicibus sunt caro ossa nervi. de organicis quatuor principalia et stomachus et pulmo et renes et intestina et splen. **N**ota ulterius plus quam commentatorum velle hanc diuisionem egrum simpliciter in egrus semper: et egrus multum non esse sumptam a ratione egrum simpliciter supra diffinita: que erat esse naturaliter lapsum. Nam in hac ratione conueniunt in tempore: quia ytriusque tam egrus semper quam ut multum est per totam suam vitam lapsus. Sed vult quod sumatur ab aptitudine egrotandi: quia ergo talium corporum quoddam habet aptitudinem semper egrotandi: quoddam vero habet aptitudinem egrotandi multo tempore: ideo aliquod dicitur egrus semper aliquod multum.

Puto tamen quod sequendo dicta plus quam commentatorum in concedendo egrum simpliciter esse sanum: ut nunc melius est dicere: quod hic distinguatur egrum simpliciter secundum rationem egrum simpliciter non ab aptitudine egrotandi: illud enim quod est egrus naturaliter maxime et maxime fixe in relatione ad simpliciter sanum est egrum semper: et illud quod modicum deficit ab isto sed est egrus naturaliter dicitur egrum multum. Et puto quod stat a. esse egrum aptus semper et in omni parte etatis egrotare egritudine nunc. et b. aptum tantum quibusdam temporibus

Regni

egrotare egritudine nunc: tamē a. esse egrū vt multū. z. b. semp: sicut capto corpore: qd est ex humiditate ossis nati nālī apū cadere in algarab: z iam ceciderit cū pforatōe in offe: z alio apto ex epatis discrasia ad idropē: quam non subito icurreret pū merito illius nālī lapsus ossis non dī egrū semp: sed ita z: qz magis egrū nālīter. ¶ Uia vō Bētilis in hoc est plana cū dicat pessimā egritudinē: egritudinē semp: z nō ita malā: z si magis duraturā egritudinem multū. ¶ Nota vltimo qz egrū semp hz latitudinē: z ideo pōt dici aliq corpus egrū semp: z nō fm oīa mēbra sit egrū: z hoc apud ytrāqz viam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et multuz vero egruz est corpus ab huiusmodi malitia derelictum: nōduz vō in medio neutralitatis constitutum.

